

einzelne verzeihelt 4. III. 1915

Silvest. theol. Vol. 35

~~S. 111.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-15.
SIGNAT. CISIDCCCXIII.

18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2





ביהוה :

§. 1.



Ealem tractationem nominis divini יהוה priori dis-
sertatione inchoatam, ob pagellarum angustias ab-
olvere non potuimus. Ut igitur quæ de hoc nomi-
ne præterea disputari solent, Jehovahæ adjuti præsidio
brevibus persequamur, jam superest.

§. 2. Statim autem hic nobilis illa & tantum non vexata de vo-
calibus יהוה ventilanda venit quæstio: *Utrum nomen יהוה ha-*
beat vocales proprias, an vero alienas, desumptas vel ex אדוני cum scri-
bitur יהוה vel ex אלהים cum scribitur יהוה: Et utrum eam ob
causam, rectius JEHOHA & JEHOVI, an vero ADONAI, & ELO-
HIM pronuncietur?

§. 3. Non autem multum hic cum illis disputabimus, qui oppu-
gnant pronunciationem nominis JEHOVA quoad το δυνατον, qua-
si à nobis hodie illud recte pronunciarum non possit, quod olim sine
punctis ab Auctoribus sacris exaratum fuerit, vel ad minimum ge-
nuina ejus punctatio & scriptio olim in populo Dei usitata, in Si-
meone Justo (vel illo, qui Christum infantulum ulnis excepit, aut
isto, qui tempore Alexandri M. sub initium templi secundi vixit)
desierit, & hodie à nobis plane ignoretur. Ideoq; puncta illa, quæ
hodie nomini יהוה substrata cernimus, illi non ab ipsis viris Θεο-
πνευστοις, sed postmodum à Judæis addita esse perhibent. Verum à
nostratibus evictum esse videtur, puncta vocalia ipsis consonis coæva,
à viris Θεοπνευστοις simul profecta, nec corrupta esse. Confer. Magnus
noster Calovius in Crit. Sacr. & Tom. I. System. de S.S. q. 29., B. D. Ger-
hard. in Exeg. L. I. c. 15, B. Danbauer. in Hodosoph. Phæn. I, D. Broch-
man. in T. I. System. de S.S., D. Hotting. in Thes. Philol. p. 402, Bux-
torf. P. in Tiberiad., Buxtorf. F. de Orig. & Antiq. punctor., Pl. Rev.
Dn. D. Wasmuth. in Vind. S.S., Cl. Leusden. in Philolog. Ebr. Dissert.
13, 14, 15, 16, Plur. Rev. Dn. D. Pfeiff. in Introd. in Orient. Diss. IV. q.
II. & c. & c. Hoc vero præsupposito omnes vocales, ipsis consonis
coævas pro Auctoribus agnoscere Mosen ac Prophetas, procul du-

A

bio,

De Nomine
divino
יהוה
Dissertatio II.
PRÆSIDIS
M. GEORGII
Schwarzen.
Greifswald,
Pomeran.
ET
RESPONDEN-
TIS
JOHANNIS
NICOLAI
VETTEN,
Bingenheim.
Weterav.
Wittebergæ
die. XXII.
Septembr. ha-
bita. Anno
1677.



De Nominibus
divinis
Dissertatio
p. 142
M. Geor. Schwaner
Greifswald
Pomeraniae
Et
RESPONDENS
TIS
JOHANNIS
NICOLAUS
VETTER
Bingenheim
Wolff
Witteberg
die xxii
septemb. 1775
p. 142

bio, etiam puncta nomini יהוה ab ipsis viris ἀπογεγραμμένα adscri-
pta sunt. Illa vero postmodum à Judæis immutata esse, qv̄i pro-
babitur? Præsertim cum Masorethæ alias minima quævis no-
tantes nullam hujus mutationis mentionem faciant. Cumq; alias
Judæorum in servando Ebræo Textu diligentia tanta sit, ut cen-
ties malint mortem oppetere, quam minimum in illo mutare pun-
ctum, quis sibi jam persuadere poterit, eos in sacratissimo hoc-
ce Dei nomine temere quidquam immutasse? Quæ igitur puncta
nomen יהוה ab initio habuit, eadem adhuc quoque possidet: Et
eam quidem ob causam à nobis legi potest. Irritus proinde, eo-
rum quoque conatus est, qui varia, nescio quæ, comminiscuntur
puncta, quibus olim hoc nomen lectum fuit. *Drus. ad diff. loc. Pent.*
p. 142, contendit olim hoc nomen lectum fuisse יהוה vel יהוה; A-
libi vero *de tetrag. c. II.* commendat has tres lectiones, יהוה יהוה
& יהוה; *Arias Montan. v. & Hotting. Fascic. Dissert. pag. 259.* pro-
nunciatum esse per יהוה vel יהוה autumant. *Genebrard. in Chro-
nolog.* putat pronunciatum esse יהוה, sed hujus oblitus, *L. 1. de Tri-
nin.* dicit legendum esse יהוה vel יהוה: *Crellius v.* legere mavult
יהוה vel יהוה: *Cornel. à Lap. in Cap. 6. Exod.* יהוה: Alii יהוה
&c. Alii aliis indulgent conjecturis: Imo quidam eo procedunt
insolentia, ut hoc nomen olim lectum fuisse יהוה היה יהוה o-
pinentur. Sed hæc omni destituuntur fundamento; Ea igitur re-
tulisse est refutasse.

§. 4. Nec operæ pretium videtur multa quoque de τὸ θεμιστὸν
differere: Utrum nempe in genere licitum sit hoc nomen legere
vel pronunciare? Et utrum quoque in specie hoc nomen per *Jeho-
va* aut *Adonai* legi sine peccato possit? Judæi quidem plane hoc
nomen non debere pronunciari somniant. *Ita enim Maimonid. in
More c. 67.* סוף דבר גדולת זה השם והשמירה מלקרא אותו
להיותו מורה על עצמו יתעלה מאשר לא ושתתק אחר מן
הברואים בהוראה ההיא. *Summa rei hæc est, magnitudo hujus no-
minis & cautio, ne quis illud legat, hinc est, quod significet Dei exaltan-
di substantiam seu essentiam, & quidem ita significet, ut nulla creatura
communicet cum eo in ista significatione.* Ita quoque *Joseph. ἀρχαιολογ.*
2. c.

2. c. V. f. 38. ὁ Θεὸς αὐτῷ σημαίνει τὴν ἑαυτῶν προσηγορίαν, ἢ πρῶτον
 ῥον εἰς ἀνθρώπους παρελθόντων, ὡς ἡς ἔθεμις μοι εἶπεν. Et Philo
 Judæus L. III. de vita Mos. p. 119. ὁ (sc. ὄνομα τετραγράμματος)
 μόνοις τοῖς ὧτα καὶ γλῶττιαι σοφία κεκαθαυμένοις θέμις ἀκείναι, καὶ ἐν
 ἀγίοις λέγειν, ἀλλὰ δὲ ἔθενι ὡδῶσαν ἔδαμῶς. Astapage has ineptias!
 Nos argumentamur ita. Quodc. nomen Deus (1) in verbo suo
 revelavit, (2) ut pronuncietur præcepit (3) quod etiam sancti in
 precibus & colloquiis suis cum Deo usurparunt: imo (4) scribi potest,
 illud etiam pronunciare licitum est: At qui de nomine יהוה verum est
 prius E. Major ἑξωπάσης ἀπορίας κείται. Minor itidem clara
 est. Nulla siquidem ferme datur in Bibliis Ebræis pagina, in quâ
 nomen יהוה non exstat; Et Exod. III, 13, expresse Deus Mosi præcipit,
 ut hocce suum nomen Israelitis revelet; Sanctos etiam in
 precibus & colloquiis cum Deo hoc nomen adhibuisse nemo, nisi
 in S.S. vel etiam Psalterio hospes ignorat. Deniq; nomen יהוה
 scribi posse, ipsi Judæi concedunt. Argumenta vero quibus Rab-
 bini contrarium probare annituntur, sunt plane ἀνακόλυστα καὶ
 ἀσύστατα: Quando enim Deus Exod. III, 15, dicit יהוה שמעלעל,
 tum illi voci שמעלעל alia substituunt puncta nempe שמעלעל ad ab-
 scondendum, eoq; probare gestiunt, nomen Dei יהוה esse occultan-
 dum. Sed ineptissime, contra claram hujus vocis punctationem,
 ipsamq; συνέχεται καὶ συνέπεται. Si enim hoc nomen nec legi, nec
 pronunciaripotest, quomodo potest esse Dei memoriale à gene-
 ratione in generationem? Et ejusdem quoq; farinae sunt, quæ ex
 Lev. XXIV, 16, adducunt, nempe שמ יהוה מות יומת נקב. Nam
 hic non est sermo de appellatione simplici, multominus religiosa,
 sed blasphemâ & maledicâ, quod ex vers. 10, 14, 15, evidentissime
 patet.

§. 5. Illæsa etiam conscientia potest hoc nomen vel per Jehova
 & Jehovi, vel per Adonai & Elohim legi ac pronunciaripotest. Hæc enim
 quæstio non est de fide, & illæso fidei fundamento affirmari ac ne-
 gari potest. Fundamentum enim erroris (si quis hic adsit) non est co-
 gitatio aliqua aut opinio contra divini textus efficaciam directa, sed
 potius Grammatica aut Historica aliqua imaginatio, ut B. D. Dorsch.
 in dissert. de Nom. Jeh. §. 13. docet. Nec argumentis ἀποδεικτικοῖς

A 2 sed

sed saltem ἐνδοξοῖς καὶ πρῶτοις utraqve pars suam potest *Μεθυσ-*
λάττειν sententiam. Frustraneum igitur eorum censemus rigorem,
 qvi tam mordicus unam harum opinionum defendunt, ut eandem
 sine peccato nescio qvo, deleri non posse existiment. Sic Judæi
δαισδαίμονες illum, qvi hoc nomen per *Jehova* legit, reum faciunt
 piaculi ipsâ morteluendi. In *Cap. XI. Sanbedr. Massech. fol. 90. fac. 1.*
 hæc leguntur verba. *ואלו ישראלים שאין חלק לעולם הבא*
האומר אין תחיית המתים &c. אבא שאול אומר ההוגה
באותיותיו : את השם : *Istis Israelitis non erit pars in futuro se-*
culo, qvi dicunt non esse resurrectionem mortuorum &c. Abba Saul di-
cit, etiam qvi pronunciant nomen (sc. Tetragrammaton) literis suis.
Gemini hisce sunt Drusius & Gilbert. Genebrard. : Quorum ille in
præter. ad c. XIX. Apoc. Quod hodie contendunt, inquit, legendum
esse JEHOVA, mera est imperitia, utinam non esset blasphemia. :
Item in ultimo hujus libri folio: Quæ de illo nomine (JE-
HOVA) scripsi, non muto: Quin eo labor, ut existimem salva conscien-
tia neminem pium Deiq, metuentem eo uti posse: Hic vero in Epist. ad
lect., quam præfixit ultim. edit. comment. in Psalm., vocat detestan-
dum Gentilium errorem nomen JEHOVA, ut novum, incestum, pere-
grinum, & inusitatum Deo imponere &c. Imo hoc ipso, ab inferis re-
vocari, dicit, Varronis spiritum putantis, Deum Judæorum esse Jo-
vem &c. Atqve ex hac κακοζηλία factum est, ut legentes hoc no-
men per Jehova, quasi pro hæreticis habuerint, & per ignomini-
am Jehovistas appellaverint. Ast metum hunc Drusii & Genebrar-
di puerilem esse B. Dn. D. Waltber. in Spicil. part. I. controv. IIX.
prolixè ostendit. Idem quoq; judicandum de zelo, qvo Francisc.
Gomarus in Tract. de hoc nom. legentes per Adonai prosequitur. Il-
los enim superstitionis Judaicæ non tantum accusat, sed & textus
efficaciam neqviter tollere credit, ut propugnatores hujus lectio-
nis non possint non pœnam illam Apoc. XXII, 18, 19, indictam,
incurrere. Ast iterum ἀσεβῶν ἐκ πύελου. Conf. B. Dn. Dorsch.
I. c. Quare & eorum scommata, qvi Drusium ejusq; affectas lectio-
nem per Adonai defendentes, Adonistas nuncupant, denuo impro-
bamus. Quamvis si conviciis certandum esset, potiori jure hos
Adonistas, quam illi nos Jehovistas, appellare possemus, ut Clar.
Leusden, in Phil. Ebr. Dissert. XXX. in Annex. erudite probat.

§. 6. In presenti igitur de eo tantum controvertimus: *Utrum hoc nomen probabilius & rectius legatur JEHOVA & JEHOVI, an vero ADONAI & ELOHIM, eo quod horum nominum puncta habere videatur?* Ad hoc autem *ἤτις μὲν* jam respondemus: Illorum argumenta utiq; probabiliora esse, qui negant *יהוה* habere puncta aliena, leguntq; *Jehova & Jehovi*, quam qui contrarium statuunt: Cumq; illi, qui ita *Jehova & Jehovi* pronunciant, non per omnia consentiant, adhuc ulterius mentem nostram explicamus. Nimirum alii lectionem *Jehova & Jehovi* ita tenent, ut ab ea nunquam recedant, etiam accedentibus præfixis: Ideoque etiam hæc *יהוה / ביהוה &c. Lajhova, Bajhova &c.* pronunciant. Alii vero legunt quidem *Jehova*, cum hoc nomen absolute & sine præfixis reperitur: Sed cum præfixis *יהוה / ביהוה* legunt *Ladonai, Badonai: &c.* Et hi quoq; *יהוה* solent per *Elohim* efferre. Nos vero & ex his sententiis primam iterum probabilioram ducimus, asserentes, à lectione *Jehova & Jehovi* nunquam, etiam additis præfixis, esse recedendum.

§. 7. Assertum hoc contrariatur quidem præter *Rabbinos summis & Theologis & Philologis*, videlicet *B. Rugg. in Comment. in Exod. p. 106.*, *B. D. Hoë Comment. in Apoc. l. 1. p. 39.*, *B. Jac. Martin. in præf. l. 2. de trib. Elohim.*, *B. Dn. D. Walther in Spicileg. part. I. Cont. V.*, *Drus. de Tetragr.*, *Sixt. Amam. Dissert. de hoc nom.*, *Buxtorf. F. Dissert. V. de Divin. Nomin.*, *Scickard. im Ebræischen Trichter pag. 98.*, *Hakspan. Dissert. I. de divin. nomin.*, *Jac. Alting. in Exercit. 2 subnexa Grammat. Ebr. &c.* Attamen cum libere philosophandum, nec tam auctoritatibus quam rationibus pugnandum sit, vitio nobis non versum iri speramus, quod hac in parte modeste à prædictis autoribus discedamus. Præprimis cum autoritates autoritatibus possumus opponere: Nostram enim propugnant sententiam, præter *Dionys. Carthusianum* (qui juxta *Sixt. Senens. A. C. 1492.* floruit & in suis commentariis, dicente *Amamâ*, pronunciationem *Jehova* adhibuit) item *Galatinum*, (qui teste *Bucholzer. A. C. 1618.* vixit,) *Megalander noster Luther. T. II. Jen. Germ. f. 118. de Schemhamp.*, *Bugenbag. in Comment. in c. 16. Jer., Matth. Flaci: part. II. Clav., Magnif. Dn. D. Calov. in Theol. Nat. & Revel. p. 228, & T.*

II. System p. 154, B. Gerhard. in Exeg. l. 2. c. 3 §. 25, B. Franz. de Interpret. S. S. Orac. 103, Excellentiss. Dn. Walther. Professor Mathemat. in hac Leucorea famigeratissimus, Patronus & Praceptor noster plus quam filiali observantia et atem conlendus, in Colleg. Theolog. privat., Dn. L. Voigt. Professor. LL. Oriental. ac post S. S. Theol. in Academ. patr., $\nu\upsilon\nu$ $\epsilon\upsilon$ $\alpha\gamma\iota\omicron\iota\varsigma$, quondam Praceptor noster observanter devenerandus, in Delic. Sacr. p. 8, Plurimum Rev. Dn. D. Pfeiffer. in Dissert. de divin. nom. th. 6. seqq. & Introd. in Orient. Disput. IV. Quæst. VII, Cl. Leusden. in Philolog. Ebr. Dissert. 27, 28, 29, 30, Dn. M. Spengler. in Miscell. Quæst. I, Fuller. Miscell. Sacr. libr. 2. cap. 6. & l. 4. c. 13, & c. & c.

§. 8. Sed thesin nostram jam confirmamus, & quidem $\delta\iota$ $\omicron\lambda\iota\gamma\omega\nu$, ne potius numero, quam pondere argumentorum dimicare videamur. Argumentamur (1) hunc in modum. Quæc. vox habet proprias à viris $\Theta\epsilon\omicron\pi\upsilon\epsilon\upsilon\varsigma\omicron\iota\varsigma$ profectas, & à nemine immutatas consonas ac vocales, illa per easdem, præsertim cum nulla specialis ratio obstat, pronuncianda est, De voce יהוה verum est prius E. Major immotæ videtur esse veritatis: Minorem probamus. (1) Vocem יהוה habere proprias à Mose & Prophetis profectas nec immutatas consonas, in dubium non vocatur. (2) Habere eandem etiam proprias à viris $\alpha\gamma\iota\omicron\gamma\epsilon\gamma\acute{\alpha}\Phi\omicron\iota\varsigma$ adscriptas, nec immutatas vocales §. 3. probavimus. (3) In specie etiam יהוה non habere consonas ac vocales vel \aleph vel \aleph perspicuum est: Et quidem de consonis, res apud omnes est in confesso. Vocales autem \aleph propterea non habet יהוה, quia sub Jod non habetur h hætef patach, sed scheva simplex: Dicit quidem Lud. Capell. scheva simplex in יהוה adhibitum esse vel compendii causa, vel quod sub Jod ut literâ non-gutturali locum non haberet. Buxtorf. v. & Sixt. Amam. regerunt, scheva olim, ut a raptum pronunciatum esse atque sic $\tau\omega$ (.) æquipollere $\tau\omega$ (-). Sed resp. (a) Compendium illud nullum est, unam omittere lineam: Et cur non illo compendio etiam usi essent, in voce יהוה, quæ non ita raro, ut quidem putat Amama, sed dicente Dn. D. Pfeiffer. 222. vicibus occurrit. (b) Pro scheva simplici etiam quandoque scheva compositum maxime (-) sub literis non-gutturalibus, licet irregulariter occurrere posse Venerandus

*us Academiae nostrae Senior, Dn. Praeceptor & Patronus noster summo honore prosequendus pro more suo solide demonstrat in Grammat. Ebr. Cap. IX, Reg. I. Not. X. Et si hoc procederet nec (״) sub Jod, in יהוה ponendum fuisset. (c) Scheva non tantum olim per א, vel ע, sed & per, י, ם, & ך, maxime juxta sonum vocalis subsequens prolatum esse, iterum *Amplius, noster Sennertus in Rabbin. p. 6. & Plurim. Rev. Dn. D. Pfeiffer, in Introd. in Orient. Dissert. IV. Q. VI. do-* cent. Non igitur propterea pro (״) adhibitum est (״) quod scheva olim per א lectum fuerit, cum non semper ita lectum fuerit, sed potissimum juxta sonum subsequens vocalis. Et hoc pacto in יהוה non per א sed per ם legendum esset. Sed *ἐκ παλαιότητας* dabitur olim (״) per א lectum fuisse, non tamen propterea cum (״) confundi debuit. Sicut hodie (״) & (״) eundem quidem habent sonum, sed tamen propterea non promiscue usurpantur. Et sic utique verissimum est יהוה non habere vocales ארני; Posito tamen, sed non concessio, יהוה habere easdem vocales cum ארני nec tamen propterea illas ex ארני mutuo accepit, sicut e.g. ישראל habet easdem vocales, quas habet דברים, non tamen propterea mutuatis: Non tamen etiam propterea esset legendum *Adonai* quia יהוה non simul haberet consonas ארני. Sicut iterum ישראל non legitur *debbharim*, cum non habeat easdem consonas cum דברים. Et ita quoque sese res habet cum יהוה: Equidem illud dicunt itidem non habere proprias vocales, sed אלהים. Rationes eorum palmariae hae imprimis esse solent, quod sub locum non habeat (״) nec ה quiescat in (״): Adhiberi autem putant יהוה praecedente vel sequente ארני, ne si scriberetur יהוה bis legendum esset *Adonai, Adonai*: Sed resp. (A) יהוה habere quidem easdem cum אלהים vocales, non tamen propterea ex אלהים mutuatas ob rationem antea datam: Sed יהוה habet suas proprias vocales, אלהים etiam, sicut ישראל habet suas proprias vocales, דברים itidem, licet alias conveniant. Quamvis & dici posset יהוה & אלהים non habere easdem vocales, cum ibi sit Hhireck parvum, hic Hhireck magnum. (B) Sub-
lite.*

literis non gutturalibus etiam quandoque schestra compositum lo-
 cum habere posse, *Excellentiss. Dn. Sennertus nos antea docuit*. Et
 sicut unica saltem vox, nempe ׀ִּׁׂ׃ occurrit, ubi ׀ִׁׂ׃ quiescit in (.),
 ita quoque in hoc unico potest quiescere in (.). (C) Non adeo in-
 solens esse, bis legi *Adonai*: Sic v. g. *Exod. XXXIV., 6.* ׀ִּׁׂ׃
 ׀ִּׁׂ׃ ׀ִּׁׂ׃ ex hypothesi τῶν ἀνὴλυσθόντων legendum est, *Ado-*
nai, Adonai, El rachum: (D) Obiter etiam hic respondemus ad
 illud, quando opponunt, ׀ִּׁׂ׃ non habere puncta propria, cum ea-
 dem non semper retineat, sed quandoque punctetur ׀ִּׁׂ׃, illam ra-
 tionem itidem esse ficulneam: Quando enim dicimus ׀ִּׁׂ׃ ha-
 bere puncta propria, ׀ִּׁׂ׃ proprium non *variabili*, sed *alieno* oppo-
 nimus: Deinde, qualis hæc sequela? Hoc nomen sua puncta non
 semper retinet: Ergo habet puncta aliena: Ex sexcentis unam
 adducimus ׀ִּׁׂ׃: ׀ִּׁׂ׃ reperitur Ps. XI, 7. cum (.), sed Ps.
 CXIX, 53, Thren. V, 10, cum (-), Ergo non habet puncta propria?
 (4) Non sub esse hic specialem rationem & exceptionem, itidem
 probatu non est difficile. Si enim specialis hic adesset ratio, tum
 illa debuisset indicari per Masoretharum קרי; Sicuti dicunt, non-
 nullis vocibus obscuris subjectas esse vocales vocum honestio-
 rum. At voces illæ semper circello Masorethico notatæ sunt:
 Nullibi vero nota quædam masorethica circa nomen ׀ִּׁׂ׃ reperi-
 tur: Ergo dispar hic est ratio: De illis quoque obscuris vocibus
 recte quidem nobis iudicasse videtur *Clariss. Leusden. l. c. Disp. 28.*
 superstitiosum esse pro illis voces honestiores legere: Præterea
 utrum קרי possit esse authenticum, μέγα λίσσιν αἰτιμὴ est. *Conf.*
Plur. Rev. Dn. D. Wasmuth. in Gramm. Ebr. Reg. XXXI. p. 116. Clar.
Leusden. l. c. Disput. 24. & c. Et quamvis contra primum nostrum
 responsum excipiat *Sext. Amam.* Nomen ׀ִּׁׂ׃ nimis crebre oc-
 currere, ideoq; Masorethas toties cum tædio hanc rem cuius no-
 tam noluisse repetere: Hoc tamen parum vel nihil evincit. Nam
 Masorethæ & alias formas crebro occurrentes notare solent, licet
 non semper, tamen uno saltem in loco, plerumque ubi vox primo
 occurrit, reliquis exemplis adductis vel computatis. Quidni i-
 gitur & de voce ׀ִּׁׂ׃ quandoque lectorem monuissent, illam non
 ita sed aliter legendam esse? Præprimis, si singularis hic subesset
 ratio, & cum alias hoc nomen sacratissimum tanto in honore ha-
 bere

bere soleant. Sed excipiunt alii, specialem rationem quæ obstat,
 quo minus hoc nomen per *Jehova* legatur, esse consuetudinem
 piorum veterum, ab ipsis Scriptoribus *θεοῦ υἱοῦ*, CHRISTO &
 Apostolis, omnibusq; omnino tum Interpp:, & Judæis, tum Chri-
 stianis approbatam. Ast utrum lectionem per *Adonai* & *Elo-
him* CHRISTUS & Apostoli adhibuerint aut approbaverint §. sub-
 examinabimus. Argumentamur autem (II.) ita quoque pro nostræ
 thesios confirmatione, *Uti vox יהוה legitur in compositione; ita
 quoque est legenda extra eandem. Atqui in compositione non legitur
 per ADONAI, sed JEHOVA*, E. Major est certa, cum solida diver-
 sitatis non possit reddi ratio. Dicunt quidem, nomen יהוה
 extra compositionem esse *ἀνοινώντων*, nec ulli creaturæ tribui: In
 compositione vero non item. Et eam ob causam illud extra
 compositionem venerationis ergo non fuisse pronunciatum: In
 compositione vero, cessante isthac ratione, potuisse pronuciari.
 Sed principium petit, nomen יהוה extra compositionem juxta
 consonas & vocales non pronunciatum esse, eo quod esset *ἀνοι-
 νώντων*. Si enim nomina *ἀνοινώντων* præter morem pronuciata
 fuere, nec יהוה nec יהוה, nec יהוה &c. consuetè & juxta
 consonas & vocales, pronuciari debuerunt, cum & illa sint
ἀνοινώντων; Concedimus igitur nomen יהוה extra composi-
 tionem creaturis non communicari, in compositione autem uti-
 que; Propterea tamen aliter in compositione, aliter extra ean-
 dem lectum fuisse vel legendum esse ob rationem datam nega-
 mus. Minorem argumenti nostri sic probatam damus: Com-
 posita nimirum sunt ex hoc nomine יהוה, יהוה, יהוה, יהוה,
 יהוה, &c. quod invicte horum nominum commuta-
 tio cum &c. יהוה, יהוה, יהוה ostendit. Illa au-
 tem nomina non leguntur *Adonathan Adoschaphat. Adojada* &c.
 sed *Jehonathan, Jehoschaphat* &c. præprimis cum semper invenia-
 mus ליהוונתן (nunquam ליהונתן): Quod tamen nemo Ebrææ
 lingvæ gnarus legit *Lidonathan* &c. Equidem hæc nomina ex
 יהוה cumposita esse, *Sixt. Amam. Anibarb. p. 244. & Buxtorf.
 p. 258.* inficiantur. Sed illis à *Plur. Rev. Dn. D. Pfeiffer. de divin.
 nom. th. 7. & Clarisf. Leusden. l. c. Dissert. 28.* ex asse satisfactum
 esse deprehendimus. Quare lectorem illuc ablegamus. Posse-
 mus

B

mus

mus quidem alia quoque hic urgere argumenta, videlicet: Si pro
Jehova legendum esset *Adonai*, tum exspirare in plurimis locis
 Emphasin nominis *Jehova*: Negari siquidem non potest nomen
Jehova esse longè ἐμφατικώτερον quam *Adonai*, cum illud ab es-
 sentiâ, hoc à dominio desumptum sit. Multum etiam præsidii ex
 altera illa lectione superstitioni Judaicæ accedere omnino vide-
 tur: Κρινωμενον etenim est, lectionem hujus nominis per *Adonai*
 esse verum & ab antiquitate, ac ipso Christo approbatum usum.
 Certe Antiquitas tanta judicii ἀπώστια laborare non potuit, ut
 judicaret, à genuina nominis יהוה lectione abstinendum esse,
 ne hoc nomen quotidiano usu profanaretur & vilesceret. Quin
 potius & illi istud, *Maneat usus, tollatur abusus*, notum fuisse cre-
 dimus. Sed hæc & alia promissæ brevitatis memores mittimus.
 Conf. *Magnif. Dn. D. Calov. & Clarif. Leusden. l. c.*, item *Differ-*
tationes de hoc nomine Dn. M. Joh. Reichen hic habitæ Anno 1646. & c.
 §. 9. Opposita autem juxta se posita magis solent illuce-
 cere. Proinde brevibus etiam potiora τῶν ἐξ ἐναντίας argumen-
 ta examinare non abs re erit, quo nostræ sententiæ eo magis pate-
 scat veritas: Opponunt autem nobis (I.) Ipsos scriptores Θεο-
 πνεύστis singulari industria hanc lectionem commendasse, partim,
 quod literas מוכלב huic nomini præpositas ad rationem אֲדֹנָי
 punctarint, partim quod literis בגרכפר hoc nomen in sequenti-
 bus, absente etiam accentu regio, Dagesch lene impresserint, cum ta-
 men id præcedente literâ quiescente, qualis est יהוה in יהוה, fieri
 non soleat, partim etiam quod præcedente vel sequente אֲדֹנָי huic no-
 mini subscripserint puncta אלהים sc. h. m. יהוה, ne sc. idem no-
 men bis pronunciaretur. (II.) Antiquissimos S.S. interpretes, qui
 ante & post Christi tempora floruerunt, cum Græcos, tum Chaldaeos
 ita legisse: Idq. probant ex eorum versionibus, in quibus nunquam no-
 men יהוה ut aliud quoddam nomen, divinam essentiam arguens re-
 peritur. (III.) Ipsum Christum & Apostolos nomen *Jehova* non
 protulisse, cum in locis ex *Vet. Test.* allegatis nunquam nomen יהוה
 sed Κύριος respondens τῷ אֲדֹנָי adhibitum sit, (IV.) Omnes etiam
 in universum Judæos & Christianos ad Galatinum usque consentire.
 Ad singula quædam reponimus. Et quidem ad (I.) Rationes da-
 ductas non probare, quod scriptores Θεόπνευστοι hanc lectionem
 vel

vel adhibuerint vel commendarint. Concedimus nomen
 יהוה cum מוכלב irregulariter punctari, non tamen propterea
 puncta aliena ארני habet. Ipsum אלהים & ארני cum his
 praefixis etiam irregulariter scribitur v. g. באלהים / בארני
 pro באלהים / בארני &c. Ergo etiam habet mutuatitia pun-
 cta? Praeterea non insolens est, ut propter Euphoniā ponatur
 (-) pro (·) docente id iterum *Philologorum Principe Nobilis. Dn.
 Sennerto in Grammat. Ebr. Cap. XI. Reg. 1. not. 6.* Quidni & hic
 propter Euphoniā potest dici ליהוה pro ליהוה: Dignus
 a. hic denuo, qui conferatur *Dn. D. Pfeiff. l.c. thes. II.* Nec Dagesch
 L. literis בגרכפר praecedente יהוה impressum, quidquam
 evincit. Haec siquidem Regula multis obnoxia est exceptioni-
 bus: Plurimas earum *Buxtorf. in Thes. Gramm. l. 1. c. 5. ex Michlol
 Kimchi* proponit. Quid igitur mirum, cum alias nomina pro-
 pria ad regulas Grammaticas adstringi nequeant, hoc singularis-
 simum Dei nomen ab hac proque deflectere regulā? Non etiam
 de nihilo est eorum εσχασμος, qui hoc Dagesch quandoque pro
 Dagesch Euphonico habent, quandoque verò illud propter praesentem
 accentum regium impressum esse, dicunt. Quicquid ta-
 men hujus rei sit: Omnem difficultatem *unica B. Dn. D. Gerhar-
 di Regula in Exeg. L. II. c. 3. §. 24.* tollit. *Nostrorum Grammaticorum
 regule non possunt praescribere, quomodo voces punctanda sint. Sed
 contra potius puncta Biblica formant regulas Grammaticas.* Dicunt
 quidem se hanc exceptionem concedere, in simul tamen rationem
 ejus dare, quod יהוה olim per *Adonai* lectum fuerit. Sed ra-
 tio haec ut ostensum, nulla est. Nulla etiam hujus exceptionis
 potest reddi ratio, perinde, uti nemo hactenus exposuit, cur pro
 באלהים dicatur באלהים &c. Denique quid de punctatio-
 ne יהוה habendum, §. antecedente demonstravimus: Nunc
 illud addimus: Si adversariorum ratio procederet, non etiam Ps.
 VIII, 2, יהוה ארני nec Ps. XVI, 2, ליהוה ארני &c. dicerentur.
 Ex hac siquidem hypothese hic non posset non bis nomen *Adonai*
 legi. Ad (II.) Nullatenus etiam sequi. Interpretes non adhibuerunt
 nomen *Jehova* vel aliud quoddam ab essentia positum. E non le-

gerunt *Jehova*. Nam Metaphrastis liberum est nomina propria vel retinere, vel non nihil inflectere. Non adhibuerunt etiam *Adonai* (nam rarissime tantum apud LXX legitur). Ergo nec legerunt *Adonai*? Et Lutherus itidem non retinuit *Jehova*, sed reddidit per *ΚΥΡΙΟΣ* ἢ *יהוה*: Ergo etiā non legi *Jehova*? Imo utiq; legit ut ex l. ante cit. videre est. Hęc igitur ratio est ἀλογος. Deinde nomen commodū, divinā essentiam exprimens ipsis in promptu non fuit. Falsum deniq; nullum Interpretum nomē *יהוה* retinuisse: Quid enim aliud est Chaldaeorū *יהוה* vel *יהו* quod *Jehova* sonare frustra negant? Et nonne etiam Samaritan⁹ habet: *יהוה* Eadē quoq; est responsio ad (III.) In L. enim Græcā itidem non occurtit una vox *יהוה* exprimens: *Fatemur enim haud gravatim, inquit Magnus noster Calov. in. Th. Nat. & Rev. p. 253, non reperiri vocē s. in Græcā s. in Latinā Linguā, quæ omnem vim nominis יהוה exprimat &c.* Semper v. pro *יהוה* adhibere, *ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος*, nimis prolixum videbatur: Et si Christus ac Apostoli *יהוה* legerunt per *Adonai*, quidni vel unica tantum vice ipsum *Adonai* in N. T. adhibitum esset? Deniq; *יהוה* non semper per *Κύριος*, sed & quandoq; per *Θεός* translatum est: Conf. *Rom. IV, 3, collat. cum Gen. XV, 6, Tandē ad (IV.) Superstitiosos Rabinos non Jehova sed Adonai legere concedimus. Nihilominus tamen nostra lectio à Mose & Prophetis, à Christo & Apostolis adhibita, adhuc est antiquior. Et multa alias Rabinos partim impia, partim superstitiosa patrare, quæ neutiquam regula esse possunt, constat. Præterea lectionem Jehova antiquitus etiam in usu fuisse ex nominibus *יהוה*, *יהו*, *יהוה*, &c. §. 3. Dissert. nostr. I. allegatis non obscure colligitur: Patres autem vocarunt hoc nomen *α Θεαρον*, aut ob *Magnif. Dn. Calov. aut B. Gerhardi, aut Dn. D. Pfeiff. rationem, §. 5. Dissert. I. citatam.* Sed *Galatinum* quod attinet, ille hanc lectionē non tam inchoavit, quam renovavit & à sordibus superstitionis Judaicæ purgavit: Quod etiam ante eum *Dionys. Carthusian.* fecisse dicitur. Deniq; Judæos semper potiori jure audiendos esse in controversiis ex Ebræa L. petitis negam⁹, cum quandoq; ex præconceptis opinionibus, & vana imbuti superstitione inepte judicent. Notum etiam alias est, Judæos quasdam consonas & vocales aliter quam nos efferre, omnes etiā ferme voces ipsis esse *יהוה*: Quidni & hic eos sequimur? Addo deniq; quosdam Christianorum ita Ebræa L. gnaros esse, ut etiam Judæorū præceptiores esse possent. Et tantum de hac controversiā.*

§. 10. Paucis nunc etiam quædam de hujus nominis significa-
 tione addimus: Infert autem illud essentiam *simplicissimam*, *in-*
dependentem, & *immutabilem*. Quod probamus (1) ex ipsa hujus
 nominis Etymologiâ. Derivatur enim ab יהוה FLHT: Hinc non
 potest non essentiam significare: Cum vero essentia Deo & crea-
 turis alias sit communis, essentia quædam καὶ ἐξοχὴν i.e. *simplicis-*
simâ, *independens*, & *immutabilis* hic debet intelligi: Finge enim es-
 sentiam illam, quam יהוה notat, esse etiam *compositam*, *dependen-*
tem, & *mutabilem*, uti creaturarum est, tum nomen יהוה non erit
 nomen soli Deo proprium, sed & creaturis competere poterit.
 Quam κακωδοξίαν tamen §. 8. seqq. Dissert. I. profligavimus. (2) Ex
 nomine cognato יהוה אלהים אלהים : Illud autem procul dubio,
 fatentibus Interpp., Rabbinis, Patribus, & Ecclesiæ nostræ Docto-
 ribus ad unū omnibꝰ, talē importat essentiâ, nempe (α) *simplicem*:
 Qui n. nihil aliud est, quam est, in illo omnia, quæ sunt, debet esse
 ipsa essentia; ille de ἴω non esse plane non potest participare: Imo
 ne ex minimo quidem est compositus: Alias præterea quid esset,
 quâ esset: (β) *independentē*: Quorū n. esse ab alio dependetatione
 creationis & cōservationis, illi nō possunt dicere, *EGO SUM QUI*
SUM, cum hoc modo per se ipsos non sint, sed per alium, a quo
 dependent. Hinc Hieronymus, in c. 3. Ephes. *Ego sum qui sum i. e. e-*
go solus sum, quia solus à meipso habeo esse, solus sum, quia ab alio non
sum creatus. (γ) *immutabilem*: Qui enim a Non-esse mutatus
 est ad Esse, & ab Esse iterum in Non-esse potest redigi, quomo-
 do ille dicet, *Ego sum, qui sum?* Aliquando enim non fuit, &
 aliquando iterum non esse potest. Proinde hoc nomen יהוה
 cum ita inferat essentiam *simplicem*, *independentē* & *immutabilem*,
 etiam nomen יהוה , huic maxime Synonymum, illam inferre re-
 ctè dicitur. (3) Ex Johannis Theologi interpretatione. Ille
Apoc. I. 4., nostris doctis Theologis, hoc nomen reddit per
 $\text{ὁ ὢν, ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος}$. Equidem falsus Erasmus hunc Tex-
 tum falsitatis & solæ illi inculcare annititur, nihilq; ex eo pro-
 bari posse ineptit: Contra Grammaticam siquidem impingit, si
 diceretur, *ab Ens, ab id, quod erat, & ab is, qui venturus est.*
 Dicendum igitur fuisset, $\text{ὁ ὢν, τὸ ὄν, καὶ ὁ ἐρχόμενος}$.
 Ast Sus Minervam. Gravissimas hujus rei rationes Johannes
 habuit, nempe juxta *Dn. D. Hoë, in Comment. super h. l. p. 39. ut o-*

stenderet se oculis istis ὡς ἔρχομεν & non tanquam participiis, nec ocula ista, ὡς ἦν tanquam verbo, sed tanquam nominibus propriis uti, ideo particula ἦν articulum ὁ generis masculini, & non ὅς preposuit. Et hanc ipsam ob causam nec articulum quidem mutavit quasi ἔς ἦν & ὁ ad nomen proprium, seu pars quaedam pertinerent. &c. Hæc igitur verba Johannis merito pro περιφρασεως nominis יהוה & יהוה habentur. Hæc autem verba significare essentiam æternam & propterea independentem & immutabilem iterum patet. Ergo idem de יהוה affirmari debet. Præprimis si observetur, quod ὁ ἔρχομεν & hic idem valeat ac ὁ ἐσομεν & , ex ratione loquendi Ebræorum, qui simplex עתיד non raro cum לבוא permutant. Hinc in *Schemoth Rabba* nomen יהוה per eadem quasi verba Johannis explicatur: אנני שהייתי ואנני Ego qui fui, & ego idem nunc, & inventurum s. futurum. (4) ex consensu Rabb. norum, Patrum &c. quos citatos vide sis apud *Magnif. Dn. D. Calov. in Theol. Nat. & Revel. p. 263. seqq.* Hinc etiam nonnulli variâ excogitarunt vocabula, ad hoc nomen exprimendum. Junio propterea Deus dicitur, αὐτῶν & αὐτόθεο. Scaligero αὐταυτο, aliis ἑστία αὐτοφύης, item ἑστῶν, item ἑστοποι. Dn. D. Walthero αὐταυτατο. Hieronymo & Frantzio, ERITURUS, aliis ESSENTIATOR. Eam quoque ob causam Syrorum ܐܘܪܝܘܢ, per quod hoc nomen apud eosdem redditur, ܡܘܨܢܝܘܕܝܥ esse Amir. in *prælu. Grammat. de L. Syr. antiq.* contendit, nimirum ܐܘܪܝܘܢ notare: ܐܘܪܝܘܢ dominationem, ܐܘܪܝܘܢ majestatem s. magnitudinem, & ܐܘܪܝܘܢ ac ܐܘܪܝܘܢ essentiam, substantiam seu æternitatem &c. Insulsus igitur est *Crellius*, qui nomine יהוה nihil aliud, quam realem promissionum impletionem, significari delirat. Nos nomine illo, tale quid connotari concedimus, solum autem, imo potissimum, hoc inferri negamus & per negamus. Conf. *Magnif. Dn. D. Deutschmann. Præceptor & Evergeta noster incomparabilis, singulari observantiâ æternum deveniendus, in Theol. Positivo-Polem. de Essent. divin. thes. VI.* Denique verò, cum dicimus nomen יהוה significare essentiam simplicem

sem, independentem, & immutabilem, non hæc eo trahenda sunt, quasi cum Scoto statueremus, dari quoddam nomen essentiam divinam plene exprimens. Nam licet hoc pacto nomen יהוה præ aliis nominibus essentiam divinam clarius exprimat, tamen & illud ob intellectus nostri imbecillitatem nobis essentiam divinam plene repræsentare non potest. *Conf. §. 2. Dissert. nost. de Nomin. Dei in gener.*

§. II. Adjuncta nominis יהוה sunt vel fictitia, qvalia sunt (1) *vis illa miraculosa.* Hoc enim nomen in baculo Moïsis, quo mare discederit, & aquas ex petra produxerit, sculptum fuisse: Item Christum omnia sua miracula per hoc nomen expressum, perpetrasse, blasphemi Judæi cornicantur. Ast contrariatur hoc παραλήρημα (a) S. S. quæ ne γρὺ quidem de hisce miraculis per nomen יהוה editis commemorat. Quin potius fide Moïsem omnia fecisse, & mare rubrum transisse Apostolus Hebr. XI, 13. testatur. Christum vero sua fecisse miracula juxta D. Naturam, quod illa ejusdem cum Patre & Sp. S. esset essentiæ, & juxta H. Naturam, quod illi omnis potestas in coelo & in terra data fuerit, S. Scriptura iterum docet. (b) Gloriæ & majestati Salvatoris nostri, qui hoc pacto ψιλάνθεωπ, imò magus & incantator non posset non esse. Quare ille cum impiis hisce nebulonibus aliquando in irâ suâ loquetur, & in furore suo terrebit eos. (c) Rectæ rationi quæ dicit quantitatis & literarum nullam esse efficaciam. Hinc Autor libr. Cabbal. שערי אורה fol. 2. rectè & pie

ועתה בני שמע בקולי ותהיינה אזניך קשובות לעצתי בני אם יפתוך חטאים אל תאבה אם יאמרו לכה אתנו ונמסור בידך שמות והזכרות שתוכל להשתמש בהם בני אל תלך בדרך אתם מנע רגלך מנתיבתם כי אותם השמות והשמושים כולם מיני רשת ומכמורות לצורך בהם הנפשות וללכת לאברהן

*Mi filii auscultæ voci meæ, & aures tuæ attentæ sunt ad consili-
um meum: Si seducere te conentur peccatores, ne acquiescito: Si
dixerint tibi, veni nobiscum, & trademus in manum tuam nomina
divina, quibus uti possis: mi filii ne abito in viam cum ipsis, contine
pedem*

pedem tuum à semita ipsorum: quia illa nomina & usus illorum, nil
 sunt nisi retia & laquei ad capiendum animas, & ducendas eas in per-
 ditionem. Conf. Luth. de Schemhamph. in Tom. VIII. German. Jen.
 (2) scriptio ejusdem in pectorali Aaronitico. Nam R. Salomo, &
 qui eum sequuntur, V. rablus, Augustin. Steuchus, Hieronym. ab
 Oleast., & Paul. Fag. putant per אורים & תומים, quorum
 mentio fit Exod. XXVIII. 30. intelligendum esse, ipsum nomen
 יהוה: Cabbalists vero eidem hoc nomen, sed expositum per
 varias literas fuisse אורים & תומים nugantur. Inde R.
 Abrah. Seba רוב החכמים המקובלים הסכימו שהם
 קרושים Maxima pars sapientum Cabbalistarum consen-
 tiunt fuisse (sc. Urim & Thumim) nomina sancta, nimirum per quæ
 τετραγεννηματων explicatum fuit. Sed hanc opinionem duo-
 bus potissimum argumentis refutat B. Walther in Spicileg. Part. I.
 controv. XVI. (1.) Moles non scribere sed ponere Urim & Thumim
 jubetur: Unde corpora subsistentia per Urim & Thumim nota-
 ri sequitur (2.) Nomen יהוה jam ante ex mandato divino au-
 reæ insculptum laminæ in fronte summus Sacerdos gestavit:
 Hinc in insigni pectoralis supervacaneum fuisset. Quæ vero
 à Caballistis afferuntur, eadem facillitate, quâ asseruntur, etiam
 possunt rejici. Ad vera autem Sanctissimi hujus nominis ad-
 juncta referimus (1) ejusdem sublimitatem (2) magnam apud omnes
 estimationem (3) revelationem ipsis quod, Patriarchis factam: Ob-
 stare quidem huic videtur locus Exod. VI. 3, qui propterea à va-
 riis varie explicatur: Conferri hac de re potest B. Walther. l. c.
 Controv. IX. Nobis tamen quam maxime placet σοχασμός B.
 Dn. D. Dorsch. in Dissert. de hoc nom. §. 7. qui vult ה' hic posi-
 tum esse pro יהוה, non pro nonne? ut hic sit sensus: Apparui Pa-
 triarchis in nomine Dei fortis & c. & in nomine meo יהוה nonne co-
 gnitus sum tuis? Præprimis cum non infreqvens sit ה' poni pro
 יהוה: Conf. Exod. VIII, 26. Job. III, 26. Thren. I, 12. & c. Sed hic
 iterum subsistimus: Tibi vero vicissim, ô Jehova, pro
 concessa gratia, sit gloria, laus, & honor in se-
 cula seculorum Amen.

Aug VI 15


ULB Halle 3
003 865 746


Sb.

Reho
VD 17
KD 18
L







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black



De Nomine
divino

יהוה

Dissertatio II.

PRÆSIDIS

M. GEORGII

Schwarzen,

Greifswald,

Pomeran.

ET

RESPONDEN-

TIS

JOHANNIS

NICOLAI

VETTEN,

Bingenheim.

Weterav.

Wittebergæ

die xxii.

Septembr. ha-

bita. Anno

1677.

nis divini יהוה priori dis-
ob pagellarum angustias ab-
Ut igitur quæ de hoc nomi-
ent, Jehovahæ adjuti præsidio
am superest.

& tantum non vexata de vo-
stio: *Utrum nomen יהוה ha-*
desumtas vel ex אדוני cum scri-
tur יהוה: Et utrum eam ob
an vero ADONAI, & ELO-

illis disputabimus, qui oppu-
IOVA quoad το δυνατον, qua-
ri non possit, quod olim sine
n fuerit, vel ad minimum ge-
in populo Dei usitata, in Si-
infantum ulnis excepit, aut
nitium templi secundi vixit)

etur. Ideoq; puncta illa, quæ
is, illi non ab ipsis viris Θεο-
dita esse perhibent. Verum à
ta vocalia ipsis consonis coæva,
corrupta esse. Confer. Magnus
System. de S.S. q. 29., B. D. Ger-
Hodosoph. Phæn. I, D. Broch.
in Thes. Philol. p. 402, Bux-
g. & Antiq. punctor:, Pl. Rev.
sden. in Philolog. Ebr. Dissert.
in Introd. in Orient. Diss. IV. q.
omnes vocales, ipsis consonis
sen ac Prophetas, procul du-
A bio,